



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Commvniõnis Tum pro Sacerdotibus,
tum pro omnibus fidelibus communicaturis**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An laicus aut inferior Diacono ministrare unquam possit Eucharistiam, §. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

fideli præsumitur, eo in articulo, facere pro sua salute quantum potest. Addunt aliqui ad meretricem graviter decumbentem in lupanari, seu loco publico peccati, etiam si confessa ritè fuerit, non esse ad deferendam sacram Eucharistiam: esse, si in domo privata jaceat, propter reverentiam Sacramenti. Puto tamen, ubi hæc loca publica sunt, esse servandam consuetudinem ejus Ecclesiæ, quæ potuit declarare, quid melius expediret, forte ad terrorem aliarum: Nam cæterum Christus Dominus ad peccatores, præsertim contritos, libenter divertit.

§. 4.

An laicus, vel inferior Diaconus ministrare unquam possit Eucharistiam.

*a De Lugo
de Euch. 25
lib. 3. c. 1*

DOcent aliqui, a nunquam, ne ex commisione

sionē quidem Sacerdotis, nec urgente ulla mortis necessitate, hos posse, vel sibi, vel aliis ministrare hoc Sacramentum. Ratio est saltem antiquissima, & constans consuetudo Ecclesiæ in contrarium. Aliqui, *b* in extrema necessitate, etiam aliis, & multo magis, sibi, concedunt, quando nullus esset Sacerdos, vel Diaconus, & infirmus, sine Viatico, moreretur. Ratio est, quia non videtur id prohibitum, nec jure humano, nec divino: cum semper excepta intelligatur extrema necessitas.

26 Aliqui *c* denique concedunt inferioribus Diacono, ut etiam laicis, ad se ipsos, instante morte, communicandos, non verò ad alios. Ratio est, quia sic interpretantur hi consuetudinem in contrariū. Prædictæ sententiæ, cum habeant bonos auctores, nec spernendas rationes, sunt omnes, saltem propter auctori-

b Suar do. Euc. d. 72. sect. 1. §. ultimo dicendum, & sect. 3. fine. Val. to 4. d. 6. q. 10. p. 1. §. mihi vero.

c Favet, Layman, Suar. alio. que cit. & De Lugo dicta sec. 1. qui item fatetur id esse probabile.

articu-
quan-
iqui ad
umben-
publico
sa ritē
endam
e, si in
pter re-
uto ta-
a sunt,
udinem
t decla-
ret, for-
lam ca-
ad pec-
itos, li-

Diacono
sic

a nun-
ommif-
sione

thori-

thoritatem extrinsecam, probabiles.

*d Suar. de
Euc. d. 67
sec. 1. §.
sed quæret
aliquis.*

27 At, quot peccata committit, qui se ipsum in mortali communicat? Respondeo Suarez *d* docet in hoc peccato adesse duas malitias, alteram sacrilegæ receptionis, alteram infidelis administrationis. Illud certum iudico (quod nobis satis est) ex his conflare unicum peccatum, adeoque satis esse in Confessione sic manifestare: **Communicavi me ipsum graviter indignè.** Sicuti qui celebrat in peccato mortali, satis se explicat, dicendo: celebravi indignè graviter.

§. 5.

*An extra sacrificium possit
se ipsum, Sacerdos com-
municare.*

a Follisuo.

20.1 tr. 4. 28

6. 2. n. 285.

Licet probabiliter aliqui
La negent, probabiliter
etiam